 100 illustria²⁹⁾, ut Rome, Parisiis, Bononie, Padue, Senis, Perusii, Colonie, Vienne, Salamantice, Papie,
 Erfordie. Sed rivili sunt omnes isti, ex Grecorum fontibus derivati. „A fonte precide rivum, precisus
 arescit.“³⁰⁾ Quo pacto in rivo reperias aquam, cum fontem ipsum invenias aridum? Non possum non
 dolere, sancte pater, cum talem fieri iacturam video litterarum. Maiores nostri putabant, que litteris
 mandarentur, eorum eternam esse memoriam. Inde poeta quidam non insulse dixerat: „Eripiunt
 105 quemvis a mortis dente camene.“³¹⁾ Et noster Naso, cum nunquam se moriturum opere preclaro
 consumato putavit, ideo ait: „Iamque opus exegi, quod non Iovis ira nec ignis, nec ferrum aut edax pote-
 runt abolere vetustas.“³²⁾ Virgilius quoque Eurialo et Niso suis versibus eternitatem largiri posse putavit,
 dum ait: „Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt. Nulla dies unquam memori nos eximet evo.“³³⁾
 Nec Flaccus aliter sensit, cum de se ipso ait: „Exegi monumentum ere perennius regalique situ pyrami-
 dum altius, quod non ymber edax, non aquilo impotens possit dirvere aut innumerabiles annorum series
 110 et fuga temporum; non omnis moriar.“³⁴⁾ Decepti omnes sunt, moriuntur etiam muse, labuntur e
 memoria poetarum scriptorumque omnium quamvis egregia opera. Quot iam poetas cum tempore
 nomen amisisse putandum est? Nihil est sub sole perpetuum³⁵⁾; que principium habent, his quoque finis
 suus est. Diu vivunt, qui litteris consecrantur, non tamen immortales fiunt. Surgunt nove secte, fiunt

sponte (ü.d.Z. eingefügt quia) videntes vicinas regiones censum dare arbitrati sunt, quod dicitur dierum
 nonum ortum fuisse.

89 est: ü.d.Z. eingefügt quod. 90 tradunt: korr. zu traditur. | pre – seculo: gestr. 91 stuprorum: em. stru-
 prorum. | generibus: folgt gestr. dedita. 95 equorum: folgt gestr. vultu. 98 musarum: ü.d.Z. statt gestr. neque
 ad fontem neutre litt. | Ubi: gestr. 99 ubi: gestr. | requiretur: gestr. und ü.d.Z. korr. sepulta videtur. 100 Pa-
 risiis: Parisius Wolkan. | Salamantice: ü.d.Z. ergänzt Oxonie. 105 cum: gestr. | moriturum: folgt gestr.
 preclaro. 106 ideo ait: gestr. und ü.d.Z. korr. dicens. | nec²⁾: ü.d.Z. poterit. | aut: gestr. und ü.d.Z. korr. nec.
 poterunt: gestr. 107 vetustas: ü.d.Z. ergänzt Et infra: „Nomenque erit indelibile nostrum.“ (Ovid, Met. XV
 876) 109 ait: gestr. und ü.d.Z. korr. dicit. 110 innumerabiles: korr. zu innumerabilis. 112 quamvis: quevis
 Wolkan. 113 sole: gestr. und a.R. korr. luna. 114 qui: folgt gestr. monumentis litterarum.

in der Renaissance (Frühe Neuzeit 54), Tübingen 2000, 409-437; Helmrath, Pius II. und die Türken 106-111; Bisaba,
 Creating East and West 89-93; Schiel, Mongolensturm 179 Anm. 122; Weber, Lutter contre les Turcs 448-453.

²⁸⁾ Diese Beschreibung nach Aethicus Ister, Kosmographie, ed. O. Prinz (MGH. Quellen zur Geistesgeschichte des
 Mittelalters 14), München 1993, 120 Z. 7-10; RTA XIX 2 517 Z. 4f. mit Anm. 71.

²⁹⁾ Liste berühmter Universitäten Europas, vor allem Italiens und Deutschlands (aber zunächst ohne England!
 Oxford wurde erst bei der Überarbeitung ü.d.Z. ergänzt; s. Apparat.): Rom (Kurienuniversität und stadtrömische
 Universität), Paris, Bologna, Padua, Siena, Perugia, Köln, Wien, Salamanca, Pavia, Erfurt.

³⁰⁾ Cyprian, De ecclesiae catholicae unitate I 5, ed. M. Béneot, Oxford 1971, 66 Z. 19f.; biernach auch bei: Augusti-
 nus, Contra Cresconium II 33, 42, ed. M. Petschenig, Sancti Aurelii Augustini scripta contra Donatistas (CSEL 52,2),
 Wien, Leipzig 1909, 401. Vgl. Goldstein/Martels, Een humanistisch paus 215.

³¹⁾ Antonio Beccadelli, genannt Panormita († 1471), Ad Ergotelen, ed. H.N. Parker, Antonio Beccadelli. The
 Hermaphrodite (The I Tatti Renaissance Library 42), Cambridge (MA), London 2010, 164-167, hier 164.

³²⁾ Ovid, Met. XV 871.

³³⁾ Vergil, Aen. IX 446f.

³⁴⁾ Horaz, Carm. III 30.

³⁵⁾ Vgl. Pred. 2,11.

novi litterarum characteres, surgunt ingenia diversa, que omnia tollunt; quicquid ante se fuit, ineptum 115
putant, ecce nunc Turchi litterarum et Grecarum et Latinarum hostes, ut suis ineptiis locum faciant,
nullum librum alienum esse sinunt. Hi nunc Constantinopoli capta quis dubitet incendio quevis scripto-
rum monumenta concedentur. Nunc ergo et Homero et Pindaro et Menandro et omnibus illustrioribus
poetis secunda mors erit. Nunc Grecorum philosophorum ultimus patebit interitus. Restabit aliquid lucis
apud Latinos, at fateor neque id erit diuturnum, nisi mitiori nos oculo deus ex alto respexerit fortunam- 120
que vel imperio Romano vel apostolice sedi prebuerit meliorem. Cum sede Romana vivunt littere, que
qua sublata perit omnis doctrina. Sed hanc quo in statu videamus, supersedeo dicere; de Constantinopoli,
non de Roma sermonem incohavimus, cum qua cadente Grecas interisse litteras et dolemus et angimur.
Magnum est hoc detrimentum, sed multo maius illud, quod fidem Christianam comminui et in angulum
coartari videmus.³⁶⁾ Nam que totum illum orbem occupaverat, iam ex Asia Libiaque profligata neque in 125
Europa quiescere permittitur. Multum est, quod Tatarsi Turchique tenent citra Thanaym³⁷⁾ et Hellespon-
tum, Saraceni quoque apud Hispanos regnum occupant; parum est, quod in orbe Christi nomen retinet.
Terra, in qua visus est deus noster et annis xxx et amplius cum hominibus, „quam miraculis illustravit,
quam proprio sanguine dedicavit, in qua primi resurrectionis flores apparuerunt“ iam diu propter
peccata nostra crucis inimici conculcant.³⁸⁾ Terra benedicta, terra promissionis, scelerate gentis imperio 130
paret. En ipsam dei viventis civitatem officinasque nostre redemptionis sanctaque loca agni immaculati
purpurata cruore Saracenorum iam diu manus pedesque polluerint. An non ipsum Christiane religionis
sacrarium sanctumque lectum conculcant Maumethi satellites, in quo propter nos vita nostra obdormivit
in morte? Carolus magnus multo sudore primo terram illam vendicavit, deinde perditam recuperavit
Gotifridus. Ad quam retinendam etiam Conradus cesar Ludovicusque rex Francorum non dubitarunt 135
coactis exercitibus in Asiam proficisci.³⁹⁾ Ac cum postea nostri principes desidia se dederunt, neque
Ierosolima neque Anthiochia neque Accaron⁴⁰⁾ in potestate nostra remansere. Quicquid in Asia
tenuimus turpiter amisimus; fugientes victoriam Maumeto reliquimus ingens iactura, maximum dedecus.
Verum tolerabilius fuit civitates, quas inter hostes habuimus, amittere quam his expelli urbibus, que

115 surgunt: *gestr. und ü.d.Z. korr.* emergunt. 116 ineptiis: *gestr. und ü.d.Z. korr.* litteris. 120 diuturnum:
folgt gestr. Videmus imperium in expremis laborare, apostolica quoque sedes in precipiti est, nulla iam
superioribus reverentia prebetur, quisque sibi dominus est, nisi desce. nisi dextera dei late. 121 vivunt:
ü.d.Z. eingefügt morianturque Latine. | que² – 122 doctrina: *gestr.* 123 Roma: *folgt gestr.* ec. | interisse: *gestr.,*
dann nochmals ungestr. | angimur: *folgt gestr.* Sed ista litterarum. 125 que: qui *Wolkean.* | profligata: *folgt gestr.*
in Europa. 126 Europa: *folgt gestr.* consistere. 127 retinet: *gestr. und ü.d.Z. korr.* obumbrat; *folgt gestr.* Cuius
iam diu est Ierosolimam tam diu perdidimus. 128 amplius: *ü.d.Z. ergänzt* homo. | hominibus: *ü.d.Z.*
ergänzt conversatus. 130 benedicta – promissionis: *korr. aus* Terram benedictam, terram. | promissionis:
ü.d.Z. ergänzt terra lacte fluens et melle. 132 purpurata: *folgt gestr.* colore. 135 cesar: *folgt gestr.* Phil.
137 remansere: *korr. aus* remansit.

³⁶⁾ Ebenso topisch für Enea Silvio: das sog. „angulus“-Syndrom: Europa werde durch die unaufhaltsame Expansion der Türken existenziell bedroht und „in die Ecke“ gedrückt. Dazu RTA XIX 2, 495 Anm. 2; Kaiser, Antiketranformationen 98.

³⁷⁾ Tanais = Don, galt als Ostgrenze Europas. S. bereits Isidor, Etymol. XIII 21. Vgl. RTA XIX 2, 496 Anm. 3; Kaiser, Antiketranformationen 95 Anm. 39.

³⁸⁾ Bernhard von Clairvaux, Epistola CCCLXIII, ed. G.B. Winkler, Bernhard von Clairvaux. Sämtliche Werke, Innsbruck 1992, 312 Z. 7-10 (Aufruf zum II. Kreuzzug von 1146). Hiernach auch bei Otto von Freising, Gesta Friderici I. Imperatoris I 43, ed. G. Waitz (MGH SS rer. germ. 46), Hannover 1912, 61.

³⁹⁾ Rückblick auf die christlichen Rekonversionsversuche des Heiligen Landes unter – angeblich – Karl dem Großen (767-814), Gottfried von Bouillon († 1100), dem ersten König von Jerusalem, im I. Kreuzzug, dem Staufer Konrad III. (1137-1152) im II. Kreuzzug, und dem französischen König Ludwig dem Heiligen (1228-1270), der nach mehreren Kreuzzügen nach Ägypten in Tunis starb.

⁴⁰⁾ Offenbar der Fluss Acheron in Nordwestgriechenland, in der Antike als einer der Unterweltflüsse angesehen. Auch dieses Gebiet, so die Intention, ist gegenwärtig unter türkischer Herrschaft. Die Passage ist Teil einer hier vielfältig beklagten Verlustgeschichte (amisimus Z. 138, 140, 144) des Christentums gegenüber dem Islam, die Enea Silvio in einem detaillierten geostrategischen Panorama aufführt.

140 nostro in solo fundate antequam Christianis fuerint. Quid est, quod modo amisimus? Quippe regiam civitatem, orientalis imperii sedem, Grece gentis columnen, secundi patriarche solium. Heu late patens Christiana quondam religio quomodo coartaris et deficis? Ex quatuor maximis patriarchis solus tibi Romanus superat.⁴¹⁾ Quo pacto iam stare potes, ex quatuor columnis, quibus omne stetit ecclesiasticum edificium tribus ademptis? Ex duobus oculis alterum amisisti. Nisi divina te miseratio respicit, parum est, 145 quod de tua salute speremus. Quippe Turchorum imperator⁴²⁾ Constantinopolitana potitus victoria non, ut plerosque veterum fecisse legimus, desidia se se tradidit, sed Peram mox aggressus vicinam urbem et a Liguribus longo tempore possessam in deditionem accepit.⁴³⁾ Classem, quam summus pontifex Nicolaus cum Venetis ac Januensibus et Cathelanis in auxilium Grecie miserat⁴⁴⁾, sive tempestatibus actam, sive per ignorantiam locorum inclausam, sive alio quovis infortunio male defensam, ut rumor est, interceptit, 150 maximas ibi opes, bellicorum instrumentorum vim summam, armorum omnis generis ingens pondus adeptus est; puberes omnes occidit tantisque nunc cladibus Christianum populum affecit, quantis antehac multis seculis inauditum arbitror. Triplicem ille parvo in tempore triumphum gerit, nos triplici conflictu consternati iacemus. Ferunt, qui de Venetiis ad nos veniunt, omnia ibi luctibus plena esse nullamque domum vacare merore. Hinc matrone, inde viri lugent, alie maritos, alie filios alie fratres 155 deflent, nulli non propinquus ademptus est. Privatim et publice lamenta audiuntur. Consternatus senatus iam non Ponticam aut Sirciam seu Creticam solum, sed Adriaticam quoque navigationem amisisse⁴⁵⁾ videtur, neque ab re. Albanie partem Turchi tenent; quid si nunc victoriam prosequantur? Quo pacto Turchorum potentie Durachium⁴⁶⁾ resistet, cui Constantinopolis par esse non potuit. Inde Brundisium⁴⁷⁾ ex parte Italie vicinum quis tuebitur? Claudent Adriaticum sinum. Magna iactura Veneti nominis, 160 sed maior Christianitatis, que superatis Venetis non habet amplius maris imperium. Neque Cathelani aut Genuenses⁴⁸⁾, quamvis potentissimi sunt, sine Venetis Turchis pares poterunt esse. Satis erit illis Affrica-

140 antequam – fuerint: *korr.* Christianisque antefuerint; *folgt gestr.* Constan. 141 patriarche: *folgt gestr.* domicilium. 142 quomodo: *folgt gestr.* deficis. | quatuor: *über gestr.* quatuor, *darüber wiederum gestr.* quinque. 144 tribus: *folgt gestr.* subtractis. 145 imperator: *folgt gestr.* victoria. | victoria: *folgt gestr.* minime languet, non. 148 miserat: *gestr. und ü.d.Z. korr.* struxerat; *folgt gestr.* ut. 149 male: *folgt gestr.* rectam. | ut – est: *ü.d.Z. ergänzt.* 150 opes: *folgt gestr.* eripuit, *puber instrumenta bellica ingen.* | instrumentorum: *folgt gestr.* summam. | pondus: *ü.d.Z. korr. statt pondiis.* 151 occidit: *folgt gestr.* sic ex ne. 152 parvo – tempore: *gestr. und ü.d.Z. korr.* in uno tempore gerit. | gerit: *gestr.* 153 conflictu: *folgt gestr.* debilitati. 154 merore: *folgt gestr.* Hic patrem ille filium luget, coniuges maritos deflent amissos, frater nemo est, qui vel fratrem vel propinquum non perditum doleat, senatus ipse mente <...> privatim publiceque lamenta audiuntur. Numquam post. 156 non: *folgt gestr.* tam orientis insulas, Pon. Ponti., non. | solum: *ü.d.Z. statt gestr.* navigationem, sed ipsumque Adriaticam videtur amisisse. 157 videtur: *folgt gestr.* Iam, iam vicinus urbi. prosequantur: *folgt gestr.* si Durach., qui. 159 Veneti: *folgt gestr.* nob. nobi. | nominis: *folgt gestr.* neque. 160 Christianitatis: *folgt gestr.* Nisi enim. 161 Turchis: *gestr.* | esse: *ü.d.Z. ergänzt* Turchis.

⁴¹⁾ Die angesprochenen Patriarchate sind neben Rom Antiochien, Alexandrien und Konstantinopel. Wie die mehrmalige Korrektur zeigt (s.o. im *krit. Apparat*), war Enea unschlüssig, Jerusalem als fünftes Patriarchat hinzuzuzählen; vgl. mit weiteren Belegstellen Helmuth, *RTA XIX* 2, 498 Anm. 11; Brandmüller, *Reaktion Nikolaus' V.* 165.

⁴²⁾ Mehmet II., türkischer Sultan. Das Persönlichkeitsbild des türkischen Herrschers kommt in den Türkenreden Enea Silvios mehrfach zur Sprache, fehlt hier jedoch noch. Vgl. *RTA XIX* 2, 553 Anm. 167f.; Helmuth, *Pius II. und die Türken* 114-117.

⁴³⁾ S.o. Anm. 15.

⁴⁴⁾ Damals operierte eine von einigen päpstlichen Schiffen unter dem Kommando des Eb. von Ragusa, Iacopo Venier, verstärkte venezianische Flotte im Mittelmeer; vgl. unten Nr. 3952 Anm. 2.

⁴⁵⁾ Man hat die Seeherrschaft (navigatio) nicht nur im Schwarzen Meer (Pontica) und an der Levanteküste (Siriaca) und im Meer um Kreta an die Türken verloren, sondern droht sie auch in der Adria zu verlieren.

⁴⁶⁾ Dyrrachium = Durazzo in Mittelalbanien, 1392 bis 1503 venezianischer Besitz, bis auch diese Stadt an die Türken fiel; heute Durrës, Albanien.

⁴⁷⁾ Brindisi, Apulien. 1470 eroberten die Osmanen tatsächlich die Stadt Otranto in Apulien und hielten sie ein Jahr besetzt. Durazzo und Brindisi werden hier als Flankenschutz des Zugangs zum Adriatischen Meer positioniert (Z. 159).

⁴⁸⁾ Der navalstrategische Aspekt der türkischen Expansion. Enea Silvio nennt die älteren westlichen Seemächte der Katalanen und Genuas sowie, am stärksten auch in der Gegenwart, Venedigs.

norum molestias et assiduos compescere impetus, quibuscumque perpetuis contentionibus agitantur. Hec mihi, pie pater, et dolenda et miserrima videntur, ex quibus habemus de preterito, que doleamus, et de futuro, que timeamus. Ideo dolenti condoleo. Res mala est, spes multo deterior. Vidimus mala memorum Grecorum, nunc Latinorum ruinas expectamus. Exusta est vicina domus, nunc nostra prestatolatur 165 incendium. Qui sunt iam medii inter nos et Turchos? Parum terre parumque nos hinc atque inde disiungit aquarum. Imminet iam nostris cervicibus Turchorum gladius et nos interim intestina gerimus bella, fratres persequimur et hostes crucis in nos grassari sinimus. Germani adversus Germanos irati furiunt; Italum sanguinem manus Itala fundit, neque Galli neque Hispani inter se conveniunt.⁴⁹⁾ Inter finitimos viget ubique simultas, immortale odium et male sanabile vulnus. Oportunum Turchorum 170 ductor sibi tempus elegit. Tuto Grecos invasit, dum Latinos inter se divisos accepit. Auferat sibi mentem deus vadendi in nos ulterius, dum sumus discordes. Neque frater fratri, nec filio pater fidit. Actum de nobis est, nisi divina pietas adiumento fuerit. Sed vigilantibus atque agentibus superi favent, ignavos fugiunt. Nisi se quisque iuвет, frustra divinam petiverit opem. „Audentes fortuna iuvat, timentes negligentesque procul abigit.“⁵⁰⁾ Ob quas res licet sanctissimum dominum nostrum universumque sacri 175 senatus ordinem ad rei publice Christiane salutem summo nunc studio intentum esse confidam, magno-pere tamen optarem hoc tempore vestram prudentissimam dignitatem esse Rome⁵¹⁾; scio currentem equum calcaribus urgeretis neque ullam in tanto negotio negligentiam pateremini. Nunc istum nunc illum cardinalem alloqueremini neque apostolicas aures sineretis esse quietas. Sperarem vestra sollicitudine brevi provisionem fieri, qua non solum adversus infideles Christiana res defendi sed suis in sedibus 180 Turchi quesiti, conteri atque deleri possent. Puto autem in tanto negotio aut revocabitur ad urbem vestra dignatio communi utilitati consultura, aut certe iubebitur, suscepta legatione Germanicam gentem ad

162 molestias – assiduos: *ü.d.Z. statt gestr.* impetus. | agitantur: *folgt gestr.* Hec ego, sancte pater, quamvis frustra tecum loquere, quamvis qui debentur refero et quamvis superflue multa dico vestre dignationi, que omnia novit, tamen hoc ego, pie pater, cum vestra vobiscum. 163 dolenda: *gestr. und ü.d.Z. korr.* acerba. | ex – 164 timeamus: *a.R. ergänzt; folgt gestr.* Quare de preterito nocuerunt ac de futur., que de preterito nocu., que cum preteritis nocuerint et cum futuris nocere minantur. Ideo condoleo. 164 condoleo: *folgt gestr.* Cuperem hoc tempore dignationem vestram. | mala memorum: *ü.d.Z. korr. zu cladem.* 165 ruinas: *folgt gestr.* sp. | nostra: *ü.d.Z. statt gestr.* nostra ex. 166 Turchos: *folgt gestr.* Modic. | Parum: *korr. aus parrum.* 168 persequimur: *folgt gestr.* et hostibus non. | sinimus: *folgt gestr.* impune. | Germani – Germanos: *gestr. und ü.d.Z. korr.* Theutones cum Theutonibus. 169 furiunt: *folgt gestr.* Italum. 170 Oportunum: *folgt gestr.* sibi tem. 172 deus: *folgt gestr.* nec a ulterius et amplius, ulterius annos. | Actum – 173 fuerit: *a.r. eingefügt statt gestr.* verum, at cum deus sit. 173 Sed: *folgt gestr.* agere. | favent: *folgt gestr.* audentes fortuna iuvat, ter ignavis atque negli. 174 fugiunt: *folgt gestr.* infesti sunt tracti atque infe. | frustra: *folgt gestr.* divinum petit. | opem: *folgt gestr.* negligentes, que ad. 176 ad – salutem: *a.R. eingefügt.* | esse: *gestr. und ü.d.Z. korr. fore.* 177 vestram: *gestr. und ü.d.Z. korr. tuam.* | Rome: *folgt gestr.* fore. | scio: *folgt gestr.* enim. 178 equum: *ü.d.Z. eingefügt.* | urgeretis: *ü.d.Z. korr. ungeres.* | pateremini: *ü.d.Z. korr. pateris.* 179 alloqueremini: *ü.d.Z. korr. alloquerere.* | sineretis: *ü.d.Z. korr. sineres.* | vestra: *gestr. und ü.d.Z. korr. tua.* 180 fieri: *folgt gestr.* non si qua. | adversus: *folgt gestr.* Teuch., Tu. | defendi: *korr. aus defenderetur; folgt gestr.* Sed ipsi 181 quesiti: *folgt gestr.* deleri. | aut: *ü.d.Z. statt gestr.* ad. | vestra: *gestr. und ü.d.Z. korr. tua.* 182 consultura: *folgt gestr.* aut legatio ad eam mittetur. Certe mandatur v(est)r. | gentem: *folgt gestr.* excitare, ad passagium excitare.

⁴⁹⁾ *Topisches Argument auch in den Türkenreden: Die Zerstrittenheit der Christen ermöglicht erst den Erfolg der Osmanen. So predigen die Türkenkriegstexte zuerst den (heimischen) Frieden.*

⁵⁰⁾ *Lateinisches Sprichwort: Audaces fortuna iuvat timidosque repellit/Fortes fortuna adiuvat (im Sinne: ‚wer wagt, gewinnt‘), zitiert bei Terenz Phormio I, 4, 203 und Cicero, Tusculanae disputationes II, 4, 11. Siehe Walther, Proverbia, Nr. 1688, 9804, 9844a.*

⁵¹⁾ *Tatsächlich weilt NvK zur Zeit der Niederschrift des Briefs in seinem Bistum Brixen; s.u. Nr. 3549. Im folgenden wird das tatkräftige Auftreten des NvK ausgemalt. Die Aufforderung nach Rom zurückzukehren, ist ein mehrfach wiederkehrendes Motiv in den Briefen Enea Silvios an NvK. So im Brief vom 5. Mai 1455: Utinam Rome fuisses, dum vacavit apostolica sedes ... (ed. RTA XLIX 3, 781-784 Nr. 51d; s. künftig AC II 3). Am 28. Dezember 1456 schreibt er aus Rom: Veni, obsecror, veni! ... nam cardinali sola Roma patria est (ed. Meuthen, Die letzten Jahre 133; s. künftig AC II 5).*

succurrendum labenti fidei excitare.⁵²⁾ Quod si neutrum horum fieret, licet sus ego Minervam instruere⁵³⁾ presumam, optimum tamen factu putarem ultro dignitatem vestram summo pontifici ac sacro collegio
 185 litteras dare, ut nunc in tanta rerum asperitate totis assurgant animis neque pecuniis neque personis igno-
 scant, dum nova sunt vulnera, remedium querant neque putrescere per incuriam sinant. Vocent reges et
 principes in certum aliquem locum, dicant conveniendi diem, mittant legatos de latere summi pontificis,
 exponant mala, que passa est modo Christiana res publica, dicant que futura timentur pericula, provi-
 190 remissionem peccatorum polliceantur; intonet apostolica tuba, nihil negligat, nihil hoc tempore omittat.
 Non est michi dubium, si locus rebus accomodis nominetur, quin reges aut veniant aut mittant
 bonisque animis hoc fidei negocium amplectantur. Ego quidem iam cesari non clanculum, sed in publico
 consilio de hac ipsa re non pauca verba feci. Inveni mentem eius et volentem et apprime ardentem. Sane
 multi ex senatoribus, qui aderant, dum me hortantem cesaremque respondentem audiverint, uberes
 195 lacrimas emiserunt. Vidissetis senes veneranda canitie suas manus in hanc expeditionem prompto corde
 offerentes et qui se mori beatos dicebant, si militantes adversus impiam barbariem caderent. Taceo
 robustos viros et ferventi sanguine iuvenes, quibus unius diei mora in tanto negotio annus esse videtur.

Arbitror et in aliorum principum curiis itidem inveniri.⁵⁴⁾ Neque Renensium nobilitatem neque
 Gallorum magnanimitatem neque prudentiam Italorum neque Hispanorum fortitudinem aut Anglorum
 200 audaciam in tali necessitate defuturam vel ratio suadet vel animus timet. Quippe Bohemos, Hungaros,
 Polonos ipsa loci propinquitas admonebit; fiet, mihi credite, fiet communi omnium Christianorum con-
 sensu passagium, si Romani pontificis hoc tempore surrexerit auctoritas ac bonorum predicatorum, inter
 quos esse vestram pietatem non ambigo fideles ac diserte voces in fines orbis terre sonuerint. Neque
 necessarium erit, de Mathatia vel aliis exempla proponere qui pro paternis legibus cum paucis adversus
 205 hostium innumerabiles copias pugnando vicerunt.⁵⁵⁾ Est terra nostra fecunda virorum fortium,
 exercitum innumerabilem componere licet. Robusta iuvenum pectora in armis haberet sive viros, sive
 equos, sive arma requiras, superiores Christiani sunt Turchis. Nihil est, quod nobis obsit, nisi vel negli-
 gentia vel dissensio nostra. Sive mari, sive terra pugnandum est: velimus solum victores erimus.⁵⁶⁾ Sola
 quondam Italia Greciam, Asiam Egyptumque armis cepit. Quid nunc adiunctis Germanie Gallieque

184 tamen: *ü.d.Z. eingefügt.* | vestram: *gestr. und ü.d.Z. korr.* tuam 185 dare: *folgt gestr.* ne. | animis: *folgt gestr.*
 Consulant neque pecunie neque. | ignoscant: *folgt gestr.* dum res vana est. 187 pontificis: *folgt gestr.* aperiant
 mala. 188 dicant: *gestr. und ü.d.Z. korr.* monstrent. 189 aperiant: *folgt gestr.* curent. 191 quin: *korr. aus*
 qui. 193 re: *folgt gestr.* multis. | apprime: *folgt gestr.* ardentem. 195 Vidissetis: *gestr. und ü.d.Z. korr.* vidissetis.
 196 beatos: *ü.d.Z. gestr.* affectari. 197 quibus: *korr. aus* quis. | tanto: *gestr. und ü.d.Z. korr.* tali. | esse: *ü.d.Z.*
ergänzt. | videtur: *folgt gestr.* Quid de Reni nobilitate puto in p. 200 audaciam: *folgt gestr.* desere de futu-
 rum. 201 credite: *korr. zu* credito. | consensu: *ü.d.Z. hinzugefügt.* 202 tempore: *folgt gestr.* sub. | predicatorum:
folgt gestr. qualem. 203 quos: *folgt gestr.* unum. | vestram: *gestr. und ü.d.Z. korr.* tuam. | non ambigo:
gestr. und ü.d.Z. korr. commune iudicium habet. | sonuerint: *folgt gestr.* Non erit necessarium pauc.
 204 qui: *folgt gestr.* cum paucis adversus (*folgt nochmals* adversus) hostium (*folgt gestr.* mul.) innumerabiles
 copias. 206 licet: *gestr. und ü.d.Z. korr.* potest. | pectora: *folgt gestr.* nobis. | haberet: *gestr. und ü.d.Z. korr.*
 habet; *folgt gestr.* neque viris neque armis neque. 209 Asiam: *ü.d.Z. ergänzt* Libiam. | cepit: *gestr. und a.R.*
korr. vicit.

⁵²⁾ *Andeutung der kommenden Legation des NvK nach Deutschland zum Tag von Regensburg 1454; s.u. Nr. 3938ff.*

⁵³⁾ *Lateinisches Sprichwort: sus Minervam docet (im Sinn ‚der Dümmerer belehrt den Klügeren‘; siehe Cicero, Contra Academicos I,18; Walther, Proverbia, Nr. 38585, 43465; R. Häussler, Nachträge zu A. Otto, Sprichwörter und sprichwörtliche Redensarten der Römer, Darmstadt 1968, 187. Von Enea Silvio auch im Brief vom 26. August 1454 an Kardinal Juan Carvajal zitiert; RTA XIX 2, 152 Anm. 3.*

⁵⁴⁾ *Im Folgenden die für Türkenkriegstexte typische Vision der Eintracht aller, dann einzeln aufgezählten, europäischen Mächte.*

⁵⁵⁾ *1 Makkk. 2.*

⁵⁶⁾ *Auch für die Türkenreden typische Beschwörung europäischer Überlegenheit in einem präsumptiven Türkenkrieg unter Beschwörung der Erfolge des republikanischen Rom über die orientalischen Mächte.*

viribus agat? Scimus maiorum nostrorum memoria, quotienscumque Latinorum vires convenerunt, 210
orientalium populos contremuisse semperque nostros exercitus remeasse victores, nisi forsitan aliquando
peccatis populi deus iratus vel pestilentia nostros vel fame contrivit. Nam Marte manifesto semper
victoria penes Latinos fuit. Quod si nunc bonis animis Christianus populus non avaritie, non inanis
glorie cupidus, sed dei solum zelo accensus, pro fratrum salute, pro lege Christi, pro augmento catholice
fidei sumpserit arma, respiciet, non est dubium, ex alto dominus plebem suam letusque „super filiis 215
hominum“⁵⁷⁾ „hereditatem suam“⁵⁸⁾ tuebitur ac non solum de Turchis, si perseverantes erimus, sed de
Saracenis quoque ceterisque barbaris gentibus victrici dextera sua triumphum nobis elargietur.

Hec habui, que nunc dignationi vestre conscriberem, nimis fortasse presumptuose; sed traxit me
fervor animi simulque putavi, dignitatem vestram quecumque a me dicuntur, in partem accipere
meliorem. Valete in Christo meique nonnunquam veluti fidelis mancipii memoriam habete. Ex Grezio 220
Stirie, quod Bavaricum vocant, xii kalendis augusti 1453.

210 agat: *folgt gestr.* Sane quotienscumque maximas vires er. Non est abbreviata neque impotens facta ma-
nus damni. Quotienscumque Latinorum vires in unum coacte maiorum nostrorum meria fuerunt.
Scimus: *folgt gestr.* sepe. | memoria: *folgt gestr.* Latinorum exercitum libeat per Asiam, Siriam. 211 contrem-
uisse: *folgt gestr.* numquam q., nec umquam de nostris exercitu. | victores: *folgt gestr.* nisi vel fraus.
212 peccatis: nostris exiget. | populi: *folgt gestr.* deus iratus vel fame nostros vel dolo ⟨...⟩ pestilentia, deus
iratus contrivit, nam Marte aperto inauditum est. 213 populus: *folgt gestr.* arma sumpserit. | non¹: *ü.d.Z.*
binzugefügt tette. | avaritie: *ü.d.Z. binzugefügt* causa. | non²: *folgt gestr.* glorie. 214 pro¹: *folgt gestr.* lege.
216 si: *folgt gestr.* ferventes. 218 vestre: *gestr. und ü.d.Z. korr.* tue. 219 putavi: *folgt gestr.* ad. | vestram: *gestr.*
und ü.d.Z. korr. tuam. 220 Valete: *korr. zu* Vale. | habete: *korr. zu* habeto.

⁵⁷⁾ *Vgl. Ps. 66(65),5.*

⁵⁸⁾ *Vgl. Ps. 94(93),14.*